





Pri. 11. Num. 19. P. 42.

15.

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA

DE

RETRACTV GENTILITIO
IVRIS GERMANICI VNIVERSALIS
PROVOCANTEM IN FVNDATA INTEN-
TIONE OMNINO CONSTITVENTE

*1758 / 3
9 /*

QVAM
AVSPICIIS

CAESARAE CELSITVDINIS
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DOMINI

P. 192.

P E T R I

MAGNI DVICIS ET HEREDIS IMPERII RVTHENICI HE-
REDIS NORVAGIAE SVPREMI DVICIS SLESVICI DVICIS HOLSATIAE
STORMARIAE ET DITHMARSAE COMITIS OLDENBVIRGI
DELMENHORSTI

RECTORIS ET CANCELLARII ACADEMIAE SVAE
MAGNIFICENTISSIMI

CONSENTIENTE ILLVSTRI ICTORVM ORDINE
P R A E S I D E

D. CAROLO FRIDERICO WINKLERO

IVRIS GERMAN. ET PRAX. PROFESS. ORDIN. ET H. T. COLLEGII
IVRISCONSVLTORVM DECANO
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
RITE CAPESSENDIS
DIE I. MART. A. MDCCLVIII.

H. L. Q. C.
AD PVBLICVM EXAMEN DEFERT
AVCTOR

HENRICVS ADOLPHVS KROHN
LVBESENSIS.

KILONII LITTERIS GOTTFR. BARTSCHII ACAD. TYFOGR.



DISSECTATIO INNOVATIONIS IURIDICAE
DE
RETRACTU GENTILITIO
IURIS GERMANICI UNIVERSALIS
PROVOCATIONEM IN FUNDATA INTEN
TIONE OMNINO CONSTITVIT

CAUSAE GENTILITIVAE
SACRAMENTUM TERNORIS AC DOMINI
DOMINI

P E T R I

MAGNVS ET HERTZOG IMBRIE RYTHENICAE
ALIAE NOVAE SVBIECTI PROCVTORE
STOVS REAR ET DITIAVS DOMINVS GENTIVAE
MAGNVS ET HERTZOG IMBRIE RYTHENICAE
GENTIVAE

D. CAROLO FRIDERICO VALLERO
PRO SVBIECTI ET TERNORIS GENTIVAE
MAGNVS ET HERTZOG IMBRIE RYTHENICAE
GENTIVAE

HERZOG CAROLVS RYTHENICVS
MAGNVS ET HERTZOG IMBRIE RYTHENICAE
GENTIVAE

1717





DISSERTATIO

DE

RETRACTV GENTILITIO IVRIS GERMANICI VNIVERSALIS, PROVOCANTEM IN FVNDATA INTENTIONE OMNINO CONSTITVENTE.

§. I.

RETRACTVS GENTILITIVS EX IVRIBVS PEREGRINIS DERIVANDVS NON EST.

De Retractus gentilitii origine & fundamento qui scriptorunt, eorum quidem tam amplissima est seges, vt vel noctuas Athenas ferre, certe noua moliri prorsus non videatur ad hoc argumentum denuo accessurus, si singuli scriptores id, quod facere debebant, expleuissent. Notissimi sunt TIRAQVELLI (a) SVTORII (b) POMERESCHII (c) & REINKINGII (d) commentarii, sed notissimum est, ad anfractus, ad scopulos, ad deuia eos seduxisse lectores, ad iura certe transalpina, quibus pro more saeculi innutriti erant viri alioquin egregii, non cogitantes citius ex pumice aquam, quam Retractum ex spisso iuris Romani corpore elici. Res est in aprico. Quod enim priuilegium proximis scripserat CONSTANTINVS Imp. (e)

A

vt

- (a) In eius operibus habes de vtroque Retractu municipali & conuentionali libros duos.
- (b) Tract. de Retractum iure.
- (c) De Retractus gentilitii iure.
- (d) De Retractu consanguinitatis.
- (e) Iac. GOTHOFREDVS ad L. I. C. Theodos. de contrah. emt.

vt extraneos ab emtione remouerent, in exilium egit THEODOSII & ARCADII (f) vox augustalis, admodum impatiens, vt homines de rebus suis facere aliquid cogerentur inuitti. Et quamuis de reuocanda antiqua lege protimiseos, ita tamen, vt confortii, permixtionis & vicinitatis magis ratio quam consanguinitatis habeatur, laborauerit CONSTANTINVS PORPHYROGENETA, (g) mensae tamen Germanicae illas dapes non magis conuenienter adponi illico indicabit aequus rerum aestimator, quam FRIDERICI II. Imp. (h) decantatam illam constitutionem, in Italia promulgatam & Italici datam hunc in finem auocauit LEYSERVS. (i) Talia autem agens ad dogma probabi non potuit non supremae caeuae ille Ictus, *Retractum*, qui ex capite *consanguinitatis* definitur, non vniuersaliter receptum, sed receptionem, quoad singulas Germaniae prouincias probandam; id certe minime facturum, si patria arua fodere placuisset, paulloque accuratius cum SCHILTERO (k) adtendere, institutorum domesticorum, in solo Germaniae natorum & educatorum *receptionem*, (quae de legibus peregrinis adposite praedicat) frustra omnino disputari; contra nil luce meridiana clarius, quam radices altissimas fixisse obseruantiam *Retractus* iam eo tempore, quo in Germania illam saltem propullulasse contendit vir doctissimus. Sed rem satis perorauit praestantissimi viri BYDERVS, (l) BOEHMERVS, (m) & ill. STRVBEN, (n) argu-

(f) L. 14. C. de contrah. emt.

(g) In constitutione quam habet LEVNCLAV. in iure Graeco Romano T. 2. pag. 139.

(h) 5 Feud. 13.

(i) Medit. ad Pand. Specim. 113. Med. 3.

(k) Exercitat. ad Pand. 30. §. 138.

(l) Diss. de iuris *Retractus* gentilitii in Germania origine.

(m) Diss. de fundamento duplicis *Retractus* in agris Hamburgensium vtilitati.

(n) im 5ten Theil der Nebenstunden pag. 57 199.

argumentis autem diplomaticis, subsidiisque legum septentrio-
nis instruxit ill. DREYERVS. (o) Quos viros duces sequamur,
viamque proinde nobis stratam apertamque lubenter adgnoscen-
tes, penetrandi in origines veras momentosae Germanorum
consuetudinis, quam si vniuersalem probauerimus, ei quod
nobis imposuimus argumento, satis, quod sit, faciemus. *Gau-
debit itaque fundata intentione prouocans, & ab onere probationis
securus euadet.* In hoc versabitur cardo nostrae orationis, cui
non rigidos censores sed beniuolos lectores adprecamur, ad
lectionem animo accedentes humano, & ad ignoscendum para-
tissimo, si exciderit quidpiam minus rectum, politumque minus.

§. II.

CONSVEVDINES GERMANIAE VNIVERSALES DVPLICI
SENSV ACCIPI POSSVNT.

Quum probationem vniuersalis Retractus gentilitii obser-
uantiae in me receperim, ante omnia de moribus Germaniae
vniuersalibus quaedam monenda censeo, ne conceptus vel di-
uersi vel incerti turbent iudicia. *Proprium* enim & *vulgarem* verbi
vniuersalis conceptum, qui consuetudines Germanorum ad se
vocat, quae vbiunque in omnibus omnino prouinciis nulla ex-
cepta vsitatae sunt, quales nihilominus etiam nunc dari in Ger-
mania est in exploratissimis, (a) deprecamur, ad sensum *impro-
prium*,

A 2

- (o) in Tract. de vsu genuino iuris Anglo Saxonici in explicando iure Cim-
brico & Saxonico pag. 13 sqq.
- (a) Et quis potest de existentia consuetudinum eiusmodi vniuersalium dubi-
tare, cui dubium hoc, quod satis est melancholicum, non exemerint
infinita argumenta. Nomino saltem emancipationem filiorum maioren-
nium per separatam oeconomiam, & filiarum per nuptias, vtpote modos
vniuersales dissoluendi patriam potestatem, translationem iurium nobili-
tatis ad descendentes, actionem & obligationem ex quocunque pacto
moribus Germanicis datam, inuestituram rerum allodialium immobilium,

primum, aut si maui*s iuridicum* consuetudines has etiam suscipien-
tem *uniuersales*, quae licet non in omnibus, adtamen in pleris-
que Germaniae regionibus vsu seruantur, quoties earum con-
uenientiam respiciamus, nos obstrictos profitemur. Nec aliter
de consuetudinibus vniuersalibus cogitauit vir cel. PÜTTE-
RVS (b) Georgiae Augustae ornamentum, nec abnuerunt ICTI (c)
iuri Romano, Canonico & Longobardico respectu Germaniae
locum in iuribus vniuersalibus concedere, licet non ignari, non
vnam eandemque auctoritatem nacta fuisse haec tria iura in
Germania, & alibi plus iusto, alibi in paucis tantum materiis
obseruari, alibi luere exilium. Vt ergo, quum sensu improprio
iura peregrina recepta *uniuersalia* nuncupauerint iurium antisti-
tes, cur eadem ratione consuetudines Germanorum, quas
maximam iuris eorum partem absoluere sciunt, qui omnia alia
nesciunt, *uniuersales* adpellitari non possint, nulla adfit dubi-
tandi ratio.

praediorum, praesertim vrbanoꝝ; ius quod leges Romae abhorrent,
vindican*di* fructus in vicini fundum pendentes aut cadentes; sanctitatem
locorum publicis hominum congressibus destinatoꝝ; matrimonia illu-
strum imparia odiosis effectibus vndique circumsepta; ceteraque multa,
quae ne recenseam, diligentia fecit B. HEINECCI*II* Hist. iur. Rom. Germ.
Lib. 2. pag. 1061. edit. RITTE*RI* Elem. iur. Germ. Tom. I. Lib. I. Tit. I. §. 30.
KLOCK*II* Tom. 2. Conf. IO. n. 130 sqq. SCHILTE*RI* exercit. 8. §. 5. 40.

(b) In Elem. iur. germ. proleg. §. 49. 50. Consuetudo vniuersalis, quae in
tota plane Germania eodem vbique modo vigeat, difficillima probatu*m*
plerisque tamen Germaniae locis vnam alteramue consuetudinem vigere
facilius docere est. Nec inconueniens videtur, si de eo quod plerum-
que fit, loqui licet, vel inductionis iure talem consuetudinem vniuersa-
lem nominare.

(c) MENCKEN. proem. Digest. §. 4. STRVVIV*§* Syntagm. iur. civil. Exer-
cit. 2. Lib. I. Tit. 4. §. 32.

§. III.
 QVIBVS OPPONVNTVR PARTICVLARES. VSVS
 DISTINCTIONIS.

Neque tamen futurum quemquam suspicor, qui solis legibus & consuetudinibus *vniversalibus* ius Germanicum contineri puter, siquidem dari *particulares*, argumento sunt tot tamque diuersa a se inuicem singulorum locorum statuta. Nec otiosa distinctio est. Quicumque enim se fundat in lege aut consuetudine *particulari*, quamuis aliquibus Germaniae regionibus communi, ante onus probationis suscipere debet, quod in illa quoque, de qua quaeritur, prouincia vigeat, quam fundata se niti intentione gloriari possit. Hoc autem probationis onere, res ipsa docet, eum non grauari, qui consuetudinem adlegat, quae ex *vniversalibus* Germanorum principiis profecta, per totam Germaniam in viridi obseruantia est. Iam quid de illis demum legibus & consuetudinibus existimari debet, quae pariter ex *vniversalibus* Teutonicae gentis principiis depromptae, licet non in omnibus, in plerisque tamen Germaniae prouinciis vsu seruantur? Si fas est inductionis saltem iure talem consuetudinem *vniversalem* adpellare, deque eo quod fieri vel contingere solet vt plurimum, coniecturam ducere, nil impedit, quo minus prouocanti fundatam intentionem tribuamus, certe praesumptionem capiamus, quod eiusmodi consuetudo *vniversaliter* obtineat.

§. IIII.

IN GERMANIA PROXIMI HEREDES IN CONDOMINIO BONORVM
 HEREDITARIORVM IMMOBILIVM.

Vniuersale Germanorum principium fuit, proximos heredes in condominio bonorum hereditariorum immobilium constitutos esse. Quod si incongruum se antiquissimis temporibus
 A 3 & plane

& plane non adplicandum existimare dixerit, qui hoc vrget, teste CAESARE (a) & TACITO, (b) splendescitibus illis tenebrosae vetustatis luminibus, neminem rerum immobilium quidquam proprii habuisse, adeoque nec commune pluribus dominium fingi posse, respondeo me nequaquam id agere, vt vllum horum scriptorum condominii testem adlegarem. Sufficit in eo sibi suffragari vtrumque, quod agri totis familiis quoad vsum saltem communes, proximique heredes in *composessione* constituti fuerint. (c) Iam ex sola *composessione* quadantenus videtur elici posse, proximos heredes viuento adhuc eo cui succedendum erat, vrgentissimum ius in bona habuisse, adeo vt quo propior quisque defuncto, aut cognatione coniunctior esset, eo potius ius succedendi haberet, & non tam succedere quam retinere bona videretur. (d) Quae omnia postea, quum crebrae illius sedium mutationis pertaesi, fixas sibi sedes constituisent Germani, & assidua consuetudine capti, agros aruosque, familiae per annos quoad solum vsum communes, tamquam proprios sibi

- (a) CAESAR de bello Gallico Libr. 4. cap. 1. Sed priuati ac separati agri apud eos nihil est, neque longius anno remanere vno in loco incolendi causa licet. it. Lib. 6. cap. 22. Neque quisquam agri modum certum aut fines proprios habet, sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui vna coierunt, quantum eis & quo loco visum est, adtribuunt agri, atque anno post alio transire cogunt.
- (b) TACITVS de moribus Germ. cap. 26. Agri pro numero cultorum ab vniuersis per vices occupantur -- Arua per annos mutant, & superest ager.
- (c) Vide locum CAESARIS in not. a descriptum. Idem fere inuenerit videtur TACITVS de morib. Germ. cap. 20. Heredes successoresque sui cuique liberi & nullum testamentum. Si liberi non sunt proximus gradus in *possessione* fratres, patrum, auunculi &c. Nam qui pro *possessione* legere *successione* malunt, quamuis id ipse DITHMARVS faciat, propriam TACITVS verbis vim atque potestatem detrahunt.
- (d) Ill. DR. DREYERVS in den vermischten Abhandlungen Th. I. pag. 97.

sibi adtribuerent, (e) ad dominium ita extensa sunt, vt qui *com-
possessores* fuissent, nunc *condomini* euaderent. Inde apud Ger-
manos heredum proximorum in bona immobilia hereditaria
condominium, quale licet nec ab aliarum gentium institutis pe-
nitus abhorreat, (f) apud illos tamen caussa proxima succes-
sionis legitima, & verum fundamentum fuit, quod non magis
factis interuerti quam suprema possessoris voluntate poterat. (g)
Huius condominiumi vigorem atque efficaciam testatur tantus in-
strumentorum in medio aeuo super alienationes confectorum
numerus, vt consideratis variis illis formulis, (h) quarum nulla
consensum heredum non indigitat, de ipsorum vrgenti iure &
condominio nemini liceat dubitare. Quid quod ipsi parentes
alienantes liberos suos, qui consensum impertiebantur, non-
numquam vocarint *Mitherren*, *Coheredes*, (i) cui argumento
iungi etiam illud potest, quod ipsam adpellationem *der Erben*
indigitare *dominos & socios*, qui in communiore rei vel iuris sunt,
ex variis antiquitatum subsidiis iam dudum deriuatum sit. (k)
Inde successio ex capite compossessionis & communionis bono-
rum, quo quidem principio, nisi apud eos, qui prorsus pere-
grina

(e) Ill. BVDERS de iuris Retractus gentilitii in Germania origine §. 19.

(f) PROCOPIVS Persicor. Lib. I. quod latine redditum hoc est: Leges quae
ceterum inter homines plurimis differentiis inter se pugnant, in hac re
tam apud Romanos quam omnes barbaros consentiunt, atque conspirant,
vt liberos dominos pronuncient rerum a patre relictarum. Add. Perill.
Dn. de SENCKENBERG de Testamento publico Cap. 3. §. 3. pag. 35.

(g) Ill. Dn. DREYERVS Diss. de inaequali masculorum & feminarum in
Cimbria successione §. 4.

(h) Vid. omnino Dn. BVDERM I. c. §. 35. 36.

(i) Vid. chartas apud LVNIGVM in spicil. eccles. Part. 3. pag. 326. Item
apud Dn. de LVDEWIG Reliq. MSt. Tom. 5. pag. 74.

(k) Vid. Dn. DREYERVS I. c. §. 4. not. n.

grina iura adoptarunt, superfedere non possumus. Inde vel ipsa iura viuo possessore heredibus competentia, quoties is quidquam suscipit, quod euentuali eorum dominio fraudi esse posset.

V.

CONDOMINVS RECTE CONTRADICIT ALIENATIONI, PER
PRINCIPIA NATVRALIA.

Qui dominus est, eum de re sua libere & cum aliorum exclusione valide disponere posse, sua quemque ratio, & quae ex illa cognoscuntur iura domini, satis docent. Neque tamen eadem solius naturae dogmata nos sinunt ignorare, eum qui in re sua alterum condominum habet, quamuis pro indiuiso solus possideat, vtilitatesque solus percipiat, omnia in eandem rem iura solum exercere non posse. Communicato quippe cum alio parte iuris disponendi, aequalia vtriusque iura sunt, quorum si alteruter extra ordinem quidquid suscepturus est, quod domini deminutionem inuoluit, qui contradicit iure suo vitur, nec alteri facit iniuriam, quum in pari causa melior sit prohibentis conditio. Ergo cui alienandi animus est, nihil eius generis, quod saltem ratum sit, suscipiet, nisi consensus illius accedat, qui in condominio est constitutus. Hic enim suffragium recusans, fundatam habet semper rationem contradicendi alienationi ab altero condomino vel susceptae vel suscipiendae. Fiat applicatio.

§. VI.

ERGO ALIENATIO BONORVM HEREDITARIORVM IMMOBILIVM
ABSQVE CONSENSV HEREDVM NVLLA.

Proprium hoc fuisse omnibus Germanis principium, vt bona a maioribus profecta, etsi vni liberorum peculiariter quoad fructum assignata essent, in dominio tamen totius familiae esse cense-

conferentur, illud ipsum est, quod supra euicimus. Hoc principium vniuersale condominii, sana ratione duce vniuersalem produxit conclusionem: (a) Nullam alienationem bonorum hereditariorum absque consensu heredum condominorum ratam & legitimam esse, quem, quoties alienationes fierent, anxie satis efflagitatum fuisse & interpositum, testantur instrumentorum diplomatumque myriades. (b) Neque enim tam beneficio ultimi possessoris debebant heredes, quod ad eos necessario perueniret, quam potius prouidentiae & prouisioni maiorum, qui, dum acquisita ad posteros transmitterent, non luxuriae singulorum ex familia aut liberalitati opem tulerunt, sed splendori totius familiae ac conseruationi egregie consuluerunt. Quare nec sufficere poterat, vt solus possessor qui alienaret, suo se domino abdicaret, quin potius requirebatur, vt heredes adgnatique omnes quorum intererat, iuri suo & condominio renunciarent, stabilemque in posterum & inconcussam fore alienationem promitte-

(a) An vero recte se habeant, quae inde deducit subtilis ille quum in viuis esset animi humani percontator & censor morum strenuus quidem, sed egregius HVRCHESON, qui in *Treatise of Moral Philosophy* parentibus delinquentibus multam bona ipsorum exhaurientem ob liberorum condominium dictari non posse statuit, hoc iam disquirere non licet.

(b) Ita c. g. ex SCHAMELII Thuringia sacra pag. 367. chartam retulit ill. Dn. DREYERS in Tr. de usu genuino iur. Angl. Sax. in explicando iur. Cimbr. & Sax. pag. 17. qua Bertholdus de Nchersted a. 1296. conuentui Heusdorffensi possessiones tradens ita se exprimit: Vt autem praefata venditio atque emtio ab omni maneat controuersia libera & inconcussa, *consensum* & assensum meorum heredum ab ipsis libere praestitum huic contractui adhibui & adhibere debui. *Consentit etiam vxor* mea, insuper *consenserunt* --- mei liberi & heredes immediati, *consenserunt* denique & mei heredis mediati, frater meus & dominae sorores meae, nec non & patruales mei vniuersi &c. Videri possunt alia diplomata apud RICCIUM in *zuverlässigen Entwurff von den Stadt Gesetzen* Lib. 2. Cap. 4. S. 6. pag. 367 sqq. ad quem curiosiorem quemque lectorem delego.

B

mitterent. Saepe tamen, quod antecedere contractum debuisset, postea sequebatur, praesertim si quae illico acceperat diuitiarum sacra fames, heredum ratihabitione sibi confirmari, vel minis vel blanditiis adlaborarent coenobia. (c) Quod qua ratione factum sit, parum refert, hoc videre sat est, alienationes bonorum hereditariorum immobilium absque consensu heredum consistere non potuisse. Prouoco ad alienationes inuitis aut infalutatis heredibus susceptas, quarum multas querimonia pulsatas, acriter impugnatas & iure nullitatis aestimatas perhibent diplomata & annales, (d) ita vt heredes, sui iuris tenacissimi, a contradictione prius non cessauerint, quam facta amicabile compositione per modum transactionis ipsis aequiualens redderetur. (e) Quibus quidem sua sponte refutantur homunciones, qui merae solemnitatis causa, vel ex abundanti cautela heredum consensum interuenisse garrunt; qui nisi hospites in moribus cisalpinis, iure quodam hospitii gauderent, sibilo e scena explodendi essent. Apud Germanos, quidquid bonorum hereditariorum immobilium sine consensu heredum proximorum alienatum fuerat, ab heredibus simpliciter vindicari poterat, quia ipsorum condominium impediret, quo minus illis inconsultis bona adimi familiae potuerint.

§. VII.

HINC RETRACTVS GENTILITIVS, QVI IN GERMANIA VNIVERSALITER OBTINET.

Talis quidem regula fuit, quam ad amussim refert notissima Germanorum paroemia: Was einmahl in den Erbgang gekommen, muß im Erbgang bleiben. Neque tamen hoc principium eo vsque extenderunt veteres, vt nec alienationem, quae fit vrgente necessitate, excipiendam putauissent, (a) probe

(c) Chartes habes apud RICCIUM l. c.

(d) Vid. ill. Dn. DREYERVS l. c. pag. 18.

(e) RICCIUS l. c. pag. 369.

be gnari strictis legibus necessitatem subiacere non posse. Hoc enim admodum durum fuisset, ita constringere dominum, ut egere nosceretur, si debiti soluendi vel alterius necessitatis casus existeret, nec praeter hereditaria immobilia, bona superessent, quibus distractis leuari inopia expungique debita possent. At vero iacturam pati grauabantur heredes, quorum condominio, propterea quod possessor egeret, nihil omnino detrahi posse videbatur. Quare in illa rerum collisione temperamentum quoddam excogitatum fuit, quo & possessoris indigentiae succurreretur, & ius heredum quodammodo intactum & incolume seruarietur, (b) scilicet ut venderent possessores ne egeant, proximis vero heredibus ius esset quemcunque emtorem (c) refuso pretio ab emtione repellendi, quibus natura condominii pro indiuiso ius excludendi quemuis extraneum largitur. (d) Itaque Retractus gentilitius in solatium condominorum introductus est, si in eo sit possessor, ut ob indigentiam bona immobilia hereditaria seruare nequeat, quo ipso patet, ad reuocandas alienationes voluntarias ne opus quidem esse Retractu, sed eo casu bona simpliciter vindicari. At mirum in modum hic, si vlla in re, Germanorum circulos turbauit irrumpens in fora Germaniae ius Romanum, quod nescium differentiae inter bona hereditaria & adquisita, ingentem non potuit non confusionem contrahere. (e) Inde plerisque locis, nulla etiam urgente ne-

B 2

- (a) Quod testantur chartae apud ill. Dn. DREYERVM in Tr. de vsu genuino iuris Anglo Saxonici in explicando iure Cimbrico & Saxonico pag. 19. 20.
 (b) BÖHMER de fundamento duplicis Retractus in agris Hamburgensium vsitati Cap. 1. §. 16.
 (c) Inde nuperrime in Academia Ienensi prodit Diss. cel. HEIMBURGII de Retractu gentilitio iure in re.
 (d) Illustriss. Dn. de SENCKENBERG in primis lineis condominii pro indiuiso Cap. 2. §. 5.
 (e) Quam tantum abest, ut bonus ille Glossator Speculi Saxonici vitarit, utpotius, quam ius Prou. Sax. Lib. 1. Art. 34. veras iuris patrii rationes

cessitate, bona hereditaria immobilia vendi possunt, quamquam Retractus gentilitius tamquam e naufragio tabula superfit. Nollem etiam quae de obligatione venditoris bona hereditaria immobilia proximis heredibus offerendi legimus, de solo iure protimiseos intelligas, quod re integra tantum locum habet. Oblatione enim, quam solius securitatis gratia, ne facile consummatae venditiones rescinderentur, leges iniungunt, ommissa, heredibus saluum manet ius Retractus, quibus iura condomini nec dolus venditoris nec negligentia intervertere potest. Hunc Retractus gentilitium, ex principio iuris Germanici vniuersalis natum, vel vniuersaliter obtinere, vel praesumptionem saltem, quod vniuersaliter obtineat, capiendam esse docebimus, quod audito stupendo legum Germaniae tam prouincialium, quam statutariorum concentu, neminem qui neget, esse existimauerim.

§. VIII.

QVOD PROBATVR EX IVRE SAXONICO.

Atque primo, vt de *terris iuris saxonici* dispiciamus, statim occurrit antiqua lex *Saxonum*, (a) quae ita sanxit: *Liber homo, qui sub tutela nobilis cuiuslibet erat, qui iam in exilium missus est, si hereditatem suam, necessitate coactus vendere voluerit, offerat eam primo proximo suo, si ille emere noluerit, offerat tutori suo,*

iniret, confusionis fax et tuba ita scripserit: *Hie möchtestu fragen, wie mag der Richter einen dazu zwingen, daß er dieses (bona hereditaria immobilia) behalten muß, weil doch nichts redlichsers ist, (secundum iuris Romani principia) denn daß ein jeder Macht habe, sein eigen Gutß seinen Willen nach zu lassen oder zu vergeben.* Quo quidem dubio certe supersedisser, si condomini, quod in bona hereditaria immobilia proximis heredibus competit, vllam habuisset notitiam.

(a) Lex Saxonum Tit. 17. §. 1. apud GEORGISCH pag. 463.

suo, vel ei qui tunc a Rege super ipsas res constitutus est. si nec ille voluerit, vendet eam cuicumque voluerit. In iure provinciali Saxonico, (b) haec ita repetita legitimus: Ohne der Erben Laub und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Guth noch seine Leute vergeben. Vergibt er es aber wider Recht ohne der Erben Urlaub, die Erben mögen sich ihres Rechtes wohl unterwinden, als ob der todt wäre der es gab, darumb daß ers nicht vergeben mochte. Hodiernam Retractus gentilitii in Saxonia Electorali obseruantiam testatur CARPZOVIVS. (c)

§. VIII.
GOTHANO ET COBURGENSI.

In Saxonia etiam *Ernestina* vsu diuturno seruari Retractum gentilitium confirmant viri consummatissimi LYNKERVS (a) & BOEHMERVS. (b) Loquantur quoque statuta ciuitatis Gothae de anno 1597. Art. 35. (c) Wer ein Erbstück verkaufen will, der soll es erstlichen den nächsten Bluts-Freunden, oder denen die das Gespilde haben, anbieten. In iure Coburgensi, Art. 16. §. 1 & 2. (d) sancitum legitur: Geschwister haben unter einander an den Gütern ihrer Eltern den Verkauf vor einen frembden, ob sie gleich solchen in specie gegen einander nicht bedinget, noch beschrieben, es hat aber auch solch

B 3

(b) Ius Provinciale Saxonicum Lib. 1. Art. 52.

(c) Definit, forens. Part. 2. Const. 31.

(a) Vol. 2. Conf. 59. Decif. 138. 160. 248.

(b) Tom. 2. Resp. 341.

(c) apud BASILIVM GLEICHENSTEIN in Gotha Diplomatica.

(d) apud KREYSIG in den Beyträgen zur Historie derer Chur- und Fürstlich-Sächsischen Lande, Tom. 1. pag. 389.

solch Vorkaufs-Recht unter denen so in befeitlichen Linien einander erben stat, biß an den dritten Grad.

§. X.

LVBECENSI ANTIQVO ET HODIERNO.

In veteri Codice iuris Lubecensis A. 1266. ciuitati Dantiscanae communicato, (a) ita disponitur: *Hereditaria bona id est torfsach eigen nemo potest impignorare vel dare sine heredum conuientia*, item: *Quicumque habet bona hereditaria, & proponit ea vendere, primum debet ea offerre proximis heredibus, sibi duobus vel pluribus probatis & bonis viris. Si heredes emere velint, emant, sicut alieni inde offerunt, si non, hereditatem secundum iustitiam ciuitatis vendant.* In alio Codice ante reuisionem Rostochii 1509. typis descripto, eadem ita habes: So we hefft erve Gud, unde wil he dat verkopen, de schal dat ersten beden den negeffen Erffnammen, de schal darto nemen twe bederve man edder dre, offte se dat willen kopen alse andere Lüde beden, willen se dat also nicht kopen, so verkope he dat enem anderen, wor he wil na stades rechte sinder vare. Et in Kolliano Art. 110. Welck Minsche Erve edder liggende Gründe verkopen will, de in dem Lübschen Rechte belegen syn, de schall to sief nemen twe besetene Lüde, unde beden dat Erve synen negeffen Erven to kope, unde will he denne dat nicht hebben vor so vele Penninge alse ydt eme gelden mach, so mach he dat Erve enen andern alse he dürest kan, verkopen. In iure Lubecensi hodierno (b) haec ita leguntur: Wer frey Erbgut oder liegende Gründe verkauffen will, der soll sie

(a) Quem habes apud ill. Dn. DREYERVM in den vermischten Abhandlungen Th. 1. pag. 446.

(b) Lib. 3. Tit. 7. Art. 1.

ſie für allen Dingen anbieten den beſteſten Erben durch zweene geſeſſene Bürger, ob ſie das annehmen wollen für den Preis was andere darumb geben. Wollen ſie ſolches nicht thun, ſo mag er das Gut, ſo theuer als er kan verkauffen, wem er will, ohne alle Gefahr.

§. XI.

HAMBVRGENSI ANTIQVO ET HODIERNO.

In antiquo Codice Miſto ſtatuti Hamburgeniſis Art. 5. Lit. G. legimus: So moor een Mann offte Fruwe Erbe kopen, des ſin ſe wäldich tho gevende und tho ſellende wen ſe willen, de wile ſe beide leven. Wen äverſt ehreer eine ſtervet, ſo het idt Erſsgudt, ſodane Erſsgudt alſe hier ſchreven ſteidt, mach nemand ſetten eſte ſellen ohne Erven Verloſſ, id ne ſi dat idt ehne noedt do dem idt höret, de noedt ſchall he bewiſen mit ehrhaſtigen Liden, und verkopen dat wem he will. Jedoch dat de nögeſten Erven des kopes ſyn. Et in iure Hamburgeniſi hodierno. (a) Wer ſein Erbe, es ſey Brau: oder Wohnhauß, ſo er geerbet, befreyet, oder auch mit ſeinem wohlgewonnenen Gelde an ſich gebracht, verkauffen will, der ſoll es zuſörderſt durch zweene Erbgeſeſſene Bürger den beyden ſeiner nechſten Freunden, dar ſein Gut auf fallen mag, anpraesentiren, und wenn die es nicht begehren, denen verkauffen, ſo das meiſte dafür geben wollen. Concordat Art. 61. des Landrechtes: Weleckeher een Erbe verkopen will, de ſchall idt vorheer Vader und Moder, und dem negſten Naber, de hee up watert, ankündigen, und ſo ferne de ſülvigen dat Erbe innerhalb 2 Mandt nicht beſprechen werden, mag

(a) Part. 2. Tit. 8. Art. 3.

mag hee idt unverhindert verköpen, woer heen he will, und schall de koep stede gehalten werden.

§. XII.

BREMENSI ET STADENSI.

In iure Bremensi (a) statutum 45 hoc est: So we sin Erve verköpen will, dat binnen düsſer Stadt und binnen düsſem Wickelbe gelegen is, de schall dat beden twee sinen negeſten Fränden, dar sin Erve upfallen mach, und will idt öhrer nein kopen, so mach he sin Erve wol verköpen, deme de dar allermeiſt umbgeven will, behalven Geiſtlichen Lüden. A quo non aberrat ius Equeſtre Bremense Tit. 13. (b) Niemand mag ſein Erb: Stamm: Gut ohne der nächſten Erben und Schwerdt: Magen, Willen, Conſens, und Wiſſen vergeben, verkauffen, vel quovis alio titulo verändern; so aber jemand ſeine Stamm: Güter gang oder eines theils verkauffen wolte, so soll er dieſelbigen am erſten ſeinen nächſten Stamm: Bettern anzubieten, und woferne ihrer ein oder mehr darum handeln wolten, ihnen alsdann um einen Land: ſittlichen Behrt zu laſſen ſchuldig ſeyn. Würde aber jemand ohne ſolche Anbietung ſolche Güter einem andern verkauffen, so soll ſolcher Kauff auf Begehren der nächſten Bettern caſſiret und krafftloſ erkandt, und gehalten werden. Ius Stadenſe (c) Part. 1. Art. 1. ita habet: So we sin Erve verköpen

(a) apud OETKEN in Corpore conſtitut. Oldenburg. Part. 6. pag. 287. & apud PVFENDORFFIUM in obſervat. iur. uniuerſ. Tom. 2. in Append. ſtatut. pag. 49.

(b) Vid. Ill. PVFENDORFF l. c. Tom. 2. pag. 25.

(c) apud Illuſtrif. Dn. de SENCKENBERG ſel. iur. & hiſtor. Tom. 6. pag. 287. & Ill. PVFENDORFF l. c. Tom. I. Append. ſtatut. pag. 171.

verkopen will, dhat binnen theffer Statt unde theffeme
 Wiebelde belegen is, the skal it beden sinen nagesten Brin-
 den thar sin Erve up vallen mach, unde ne will et ever nen
 kopen, so mot he sin Erve wol verkopen themen ghenen, the
 eme allermeist gheven will.

§. XIII.

LVNEBURGENSI ET CELLENSI.

Ius Lüneburgense (a) ita statuit: Wird ein Haus, Bu-
 de, Garten, Pfannen, Wispel oder anderer auf unser
 Sülge gelegenes Gut, so der Besizer zuvor nicht selbst
 kaufweise an sich gebracht, sondern das durch Erbfall an ihm
 kommen ist, verkauft, so hat der nächste Bluts-Freund
 der in absteigender Linie, (auch bis ins vierte Grad ein-
 schließlich) demjenigen verwandt, von welchem solch Gut an-
 fänglich herkommen ist, gute Nacht und Fug innerhalb
 Jahr und Tag nach geschehener Aufassung, es sey ihm gleich
 vorhero das Gut zu kauffen angeboten worden, und er sey
 innerhalb Landes gewesen oder nicht, in den Kauff zu tre-
 ten, und den fremden Käufer gegen Erlegung des ausge-
 gebenen und abgeredeten Kaufgeldes davon abzutreiben, und
 ist hierinn kein Unterscheid, ob die Kinder vom Vater ab-
 getheilet, oder noch in seinen Gewehren sind. Verkauft
 auch ein beerbter Mann seiner Frauen Erbgut, in den Fall
 sind der Frauen Kinder, und da die nicht geneigt in den
 Kauf zu treten, ihre der Frauen, aber nicht des Mannes
 nächste Bluts-Freunde, bis in das angezeigte vierte Glied
 niederwärts einschließlic, der Nähergeltung befugt, und
 hat disfalls allezeit der nächste verwandte Bluts-Freund
 den

(a) Part. 2. Tit. 4.

den Vortritt. In statuto Cellensi Tit. 9. haec habes: Erbgut soll sonder Erbes laub, wo nicht Noth vorhanden, welche Zuerkännnisse des Raths soll stehen, nicht verkauffet noch veräußert werden. Verkauffet aber einer ein Erbgut, und läßt es dem Käufer vor Gericht auf, und die Erben sprechen binnen Jahr und Tag nicht darinne, so soll der Kauf beständig seyn, und bleiben, doch sollen die Erben die den Kauf anzufechten hätten, nach Verlauffung solcher Zeit noch ein Viertel Jahr zum Näherkauf, und das Erbgut um den Kauf: Pfenning an sich zu lösen haben.

§. XIII.

HADELENSI ET KEHDINGENSI.

In Ordinatione Iudicii Provincialis Hadelensis, Part. 2. Tit. 11. (a) occurrunt sequentia: Wer seine Erb und Gründe will verkauffen, der soll die drey Sonntage nach einander fürs Kirchspiel veil bieten Freunden und Fürnossen. Ist dann kein Freund oder Fürnosse vorhanden, welcher zu kaufen willens, oder Pfenning oder Bürgen bieten thut, alsdann stehet dem Verkäufer frey, mit einen Fremden zu handeln, nachdem er das Urthel erhalten hat, und soll zu dem Ende verkaufftem Gute innerhalb Jahres Frist Friedt und Bant gethan und gewrogt, und ferner ins Kirchspiel Buch, soferne der Käufer solches erfordert, aufgezeichnet und geschrieben werden. Wann nun der Erbfried und Bant gewircket, und von einem besprochen wird, alsdenn soll derselbe innerhalb einem Jahre seine Klage gegen dem Käufer derentwegen ausführen, oder da solches nicht geschiehet, soll ihm ein ewig Stillschweigen auferleget seyn. In Statutis Keh-

(a) apud Ill. PUFENDORFFIUM l. c. Tom. I. Append. statut. pag. 19.

Kehdingensibus Tit. 20. 21. (b) haec scripta sunt. Nach Gebrauch und dieses Landes Herkommen mag niemand seine Erb und Güthere einem wildfremden Erb und eigenthümlich zu verkauffen, ohne Vorwissen seiner Bluts-Freunde, als seiner Vettern, als der Schwerdtseiten, dann auch die ihme von der Spillseiten angehören. Wann nun einer seine Erb und Güthere obigermassen verkaufft, mögen und können nachgesetzte Persohnen solchen Kauf retrahiren oder besprechen, erstlich die Vettern, nach denen, die von der Spillseite, darnach diejenigen, so dem Verkäufer von beyderseits mit Schwiegerstaffe zugethan und verwandt seyn. Wo diese von ihren Rechten abgestanden, werden die zugelassen, so an der Seeseite benachbahret seyn.

§. XV.

BVDIADINGICO ET WVRSATICO.

Iuris Prouincialis Budiadingici Art. 16. 18. & 21. (a) huius tenoris sunt: Obnbewegliche Stamm und Erb-Güther aber sollen und mögen von den Besigern ohne erhebliche, dem Gericht gnugsam bescheinigte Ursache und Nothwendigkeit nicht verkauffet werden. Wer angeerbte oder auch andere liegende Gründe verkauffen will, der soll sie Gerichtlich oder durch zween beglaubte Männer den nächsten Anverwandten ehelichen Herkommens, nach einander oder jedweden besonders, bis zum dritten Grad, Canonischer Computation inclusiuè, anbieten, ob sie, oder ihrer jemand dieselbige anzunehmen gemeynet für das Geld, warum er sie zu verkauffen gedencfet, und an andern auszubringen vermögte.

C 2

Wann

(b) apud Ill. PVFENDORFFIVM I. c. Tom. I. Append. statut. pag. 155 sqq.
 (a) apud OETKEN corp. constitut. Oldenburg. Part. 3. pag. 96. 97.

